



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CLXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

quæ hoc expresse tenet, in l. vsuras. C. de solut. & ita per illum text. & glo. tenet Roma. in sing. lxxij. Bald. in d. l. vsuras. Feli. in c. cum sit. in princi. de foro compe. Fran. Crem. in sing. cxxij. Curt. Lun. in l. hæres absens. in §. si quis tutelam, nu. 3. ff. de iud. Pro qua limit. vide posita supra. in 15. limita.

REGVLA CLXII.

CREDITORES privilegiati eiusdem tituli in personalibus actionibus concurrunt, nulla habita ratione prioritatis nec posterioritatis. Hanc regulam probat text. in l. privilegia, ff. de privileg. cre. & in l. si hominem. in §. quoties. ff. de positi.

Hanc regulam ponit Franc. de Ripa, ubi eam limitat sex modis, in d. l. privilegia. nu. 51. vsque ad nu. 58. ff. de privileg. credit.

REGVLA CLXIII.

CREDITOR tenetur fideiussori solvienti cedere actionem personalem & hypothecariam. Quam regulam probat text. secundum Salice. ibi. in l. cum eorum. C. de senten. & in l. ij. & ibi gloss. in verbo, transferendi. ff. de distract. pign. text. in l. creditori. C. de fideiussor. Circa quæ reg. vide notab. Caro. Moli. in tract. de vsur. nu. 680.

Hanc regulam cum tribus ampliationibus & duabus limitationibus ponit Anton. de Fano, in tracta. de pigno. in 3. memb. 5. par. princip. nume. 33.

REGVLA CLXIII.

CREDITOR, qui non potest cedere actionem fideiussori, exceptione cedendarum actione repellitur. Hanc regulam probat text. in l. Stichum. in §. si creditori. el. ij. ff. de solut. & in l. si pupillus alterum. & vtrouque Bart. ff. de admini. tut.

Hanc regulam cum 5 limitationibus ponit Ant. Negusan, in tracta. de pigno. in 3. memb. 3. par. prin. nu. 33.

REGVLA CLXV.

CREDITOR, si vendit pignus, & nondum recipit pretium ab emptore, non tenetur solvere debitori residuum, sed solum cedere ei actionem contra emptorem, periculo tamen ipsius creditoris qui vendidit. Hanc regulam probat text. in l. eleganter. in §. si vendiderit. ff. de pigno. actio.

Hanc regulam limitat quinque modis glo. in l. penul. in verbo, delegare